



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Sortes, Qvibvs, Ne Temere Cadant, Temperandis; Vel, Si  
Temere Dvcvntvr, Castigandis, Divini Ivdicii Æqvitas  
Semper Adest**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1645**

§. 9. Candelæ diutiùs ardentis sorte primus Aragonum rex Iacobus est appellatus; quem pium modum impiè & superstitione imitantur aniculæ, in diuturniore prolium vita diuinanda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52306](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-52306)

pem sui quiq; Diui implorant. Didicerat id in gentilicia Borgiae familia Franciscus. Ognati quoq; idem seruauit; multa Socijs indulgens, quo die Diui nomen sorte illis obtigisset: ipse ad hæc precationi plus etiam temporis tribuere solitus. A Societate hic sortiendi mos in B. Virginis Sodalitates, atq; inde in alias aliásq; , magno cum fructu, est propagatus. Multi è paruis schedis magna extirpare vitia, egre- giásque exercere virtutes, Sanctósque peculiaribus colere honoribus dídicerunt. Sed assuetudo quosdam facit negligentes. Alios ignorantia vtendi tanto fructū priuat. Si tollerent ignorantiam Exhortatores aut Concionatores, extinctis vtique impijs fortilegijs, sortes bonas inducerent, cultúmq; Diuorum longè latéque propagarent.

## §. IX.

*Candelæ diutiùs ardentiſ sorte primus Arrago-  
nū rex IACOBVS est appellatus; quem  
pium modum impie, & superstitione imi-  
tantur aniculæ, in diuturniore pro-  
lium vita diuinanda.*

Leonar-  
Mayr in  
Calend.  
B Virg.

De alia Sancti patroni sortitione memo-  
rant, quam h̄ic non omittam interserere.  
Anno 1208. sacro baptisme tinctus est  
primus Arragoniæ rex Iacobus, cuius ma-  
ter,

ter, cum dubia esset, quonam Apostolorum 4. Febr:  
nomine filium suum deberet insignire, con-  
silium cepit, sorti iudicium vel indicium  
permittere. Duodecim itaque curauit cere-  
os fundi æquali pondere & magnitudine.  
Singulis cereis, alicuius Apostoli nomen in-  
scripsit, vel in schedâ adiecit. Eos omnes  
pariter in honorem Apostolorum accendi  
iussit, addita conditione, ut cuius Aposto-  
li cereus diutiùs arsurus esset, eius nomen  
filius sortiretur. Diutiùs arsit cereus Iaco-  
bi. Indicatum est igitur, ex Dei voluntate,  
vocandum esse Iacobum. Quod & factum  
est: neque sine emolumento. Nam hic po-  
stea Iacobus & regnum Hispaniæ, & re-  
ligionem Catholicam, & honorem D. Ia-  
cobi mirificè propagauit. Plausum tulit fru-  
ctumque hic modus sortiendi: quia nullum  
periculum erat, quicunq; Apostolus in pa-  
tronum eligeretur. Quare eo supersticio-  
nem suam tueri non possunt stultæ illæ mu-  
lierculæ, quæ, in die Fidelium animarum,  
tot cereos accendunt, quot liberos habent,  
eamq; prolem, cuius cereus citius absumi-  
tur, sibi persuadent citius morituram; qua-  
si Deus, qui vult hominibus horam mortis  
esse incertam, illam cereis reuelaret. Sed re-

B

ctè ei-

Etè eiuscmodi matres sua curiositas plectit,  
semper enim postea anxie metuunt, quod  
superstitiosè crediderunt.

## §. X.

*Apostolorum patrocinium sortiendi exemplum,  
¶ antiquitas, in S. Andrea Apostolo re-  
pudiato quidem, & tamen pro-  
pitio.*

Istam porrò Sanctos sortiendi consuetu-  
dinem non nouam esse, docetur eo argu-  
mento, quia ante annos plus, quam qua-  
dringentos, eius consuetudinis meminit  
Bernardi æqualis, & ex eodem ordine, Cæ-  
sarius Heisterbachiensis, cuius hæc sunt.  
*Consuetudo est maximè prouincie nostræ ma-  
tronis, ut tali sorte specialem sibi Apostolum eli-  
gant. In duodecim candelis duodecim Apostolo-  
rum nomina, singula in singulis scribuntur, que  
à sacerdote benedictæ altari simul imponuntur.  
Accedens verò femina, cuius nomen per cande-  
lam extrahit, illi plus ceteris & honoris, & ob-  
sequij impendit. In hunc modum cum quadam  
matrona S. Andream extraxisset, & non ei  
placuisset, reposita candelâ, alium habere voluit,  
sed iterum idem occurrit. Quid plura? tandem  
traxit sibi placentem, cui cum multum exhi-  
buisset obsequij, per omnes dies vita, & ad ex-*

extremæ

**Cæsar.**  
lib. 8.  
**Mirac.**  
c. 56.